DE IVDICIIS VRINARVM TRACTATVS,

ex probatis collectus autoribus, & in tabulæ formam confectus, adiectis etiã caußis quæ hanc vel illam vrinam reddant:

Ioanne Vasseo Meldensi autore.

PARISIIS

Ex officina Michaelis Delaguierche, in via quæ est ad D. Iacobum, sub effracto vase. 1545.

CVM PRIVILEGIO.

LE PRIVILEGE.

Il est permis a Michel Delaguierche *mar chant libraire en l'Vniuersité de* Paris, *imprimer ou faire imprimer vn petit liuret appellé,*De *iudicijs vrinarum tracta tus &c.*Ioanne Vasseo Meldensi *autore.* Auec *deffenses a tous aultres nõ aduoués par ledict* Delaguierche, *ne l'imprimer, faire imprimer ou vendre ailleurs imprimé de deux ans, sur peine de cõfisca tion desdictz liures & d'amẽde arbitrai re.* Faict *ce* 19.de Feburier 1544.

Ainsi signé, I.Seguier.

De Iudiciis

VRINARVM TRACTA-*tus, ex probatis collectus autoribus, & in tabulæ formam confectus.*



Vm tres genere facultates in tribus existant principiis, cerebro, corde, & hepate: ex singulorum functionibus, tũ imbecillitas tum robur dignoscuntur. Cerebri quidem, *memoria & ratiocinatione, & subseruientibus aliis arbitrariis functionibus.* Cordis, *per arteriarum motus.* Hepatis *verò facultas cuiúsnã roboris vel imbecillitatis fuerit: hæc quidem quæ in ventre est, per ea quæ subeunt & subducuntur, agnosci-*

 tur:

tur: Illa verò quæ in hepate & venis est, per vrinas: sunt siquidē in huiusmodi vrinis signa euidentissima, alia siquidem exquisitæ concoctionis, alia diminutæ, alia verò prorsus abolitæ, veluti & in ventre contingit. Prætereà & *vt in ventre externa quædam pariter excernantur, quæ affectiones alias ostendant: ita & ex vrinis affectus non contemnendi ostenduntur, quanquàm non omnes, neq; enim morborum musculos infestantium secura est per vrinas significatio, imo parua. sicuti neque voluuli, neque adfectuum thoracis & pulmonum. sunt tamen & in huiusmodi affectibus inspiciendæ. nā si bonæ sint, multùm valent ad salutem: contrà si prauæ, amplificant simul ægri periculum, vt ex tertij epidemiorum commentariis constat.* Est *autem vrina serum humorum in venis contentorum, ex eisdem commentariis.*

Colle-

Collectio.

Colligatur absoluta concoctione.

Non seruetur vltra sex horas, vel vnã teste Auicenna.

Tota recipiatur & non pars.

Non pronuncietur de ea nisi in matella resederit.

Primum & quartum dicta sunt propter cõtenta quæ superflua quædam sunt tertiæ coctionis, de quibus iudicium fieri oporteat. Secũdum, quoniam tunc significatio minùs efficax, color mutatur, & hypostasis dissoluitur, mutatur aut densior redditur. Tertium, vt perfecta fiat cognitio.

Iudicia quæ impediunt.

Motatio vehemens,

Locus obscurus,

Locus nimis lucidus,

Matula viridis, infernè lata vel arcta nimis,

Radii solares,

Frigus,

Ventus,

Cibus,
Potio,
Medicamentum,
Exercitatio,
Ieiunium,
Vigiliæ,
Labor,
Ira,
Timor,
Coïtus,
Vomitus,
Euacuatio.

Primum dictum est, ne multa in eis transponãtur: bullæ enim rumpuntur & transportantur, cõtenta ex propriis abscedunt locis. Secundum, quoniam loci vmbratiles, non parum de coloribus tollunt. Tertium, & quintum, quoniam lucescentia multa colores redduntur remissiores. Quartum, quoniã si viridis, & coloribus aliquid auffert, & vrinarũ substantiam minuit. quinetiã in talibus contenta non exactè repręsentantur. si infernè lata vel arcta nimis, quę locũ cõtenta obtinere debeant, non dignoscetur. Sextũ & septimum, ne vento perturbetur, & frigore congeletur

tur donec ſeparatio fiat. Octauū, nēpe cibi corpori oblati ſi nō rectè tranſmutātur, aut nō probè in ſanguinē mutantur, ſimilem ſibi vrinā efficiunt: cuiuſmodi ſunt olera. Nonum patet, nam ſi aquam aut vinum album abundè hauſerimus, alba & aquoſa apparebit vrina: ſin craſſum & nigrum, craſſior nigriorq́; vrina erit, quemadmodū flaua, vbi vinum vetus flauumq́; biberimus. Decimum conſtat ex rheo barbaro adſumpto. Nam mox in vrina eius apparet color: item ex caſſia fiſtuloſa. Vndecimum, duodecimum, decimūtertium, decimumquartum, decimūquintum, & decimumſextum conſtant, quoniam hæc omnia vrinas tingant. Decimūſeptimū item, quòd coïtus vrinā pinguiorē reddat. Vomitus itē & euacuatio colores vrinarū mutant & ſubſtantias.

Vrinæ diiudicantur,

Subſtantia,
Quantitate,
Perſpicuitate,
Colore,
Odore,
Meiendi modo,
Contentis.

Subſtantia triplex,

Tenuis,
Crassa,
Mediocris.

Quantitas triplex,

Multa,
Pauca,
Mediocris.

Perspicuitas triplex,

Translucida,
Turbulenta,
Mediocris.

Color multiplex,

Albus { *Intense,* *Remissè.*

Intensè.

Cristalleus,
Aqueus.

Remissè.

Lacteus,
Glaucus,
Charopus,

Sub-

Subſpiceus,
Spiceus,
Subaureus,
Aureus,
Subcroceus,
Croceus,
Rufus.i.rutilus, igneus vel flammeus,
Subrubens,
Rubens,
Prærubens,
Vineus,
Paſſeus,
Viridis,
Venetus,
Liuidus,
Niger.

Meiendi modus multiplex,
Difficilis,
Facilis,
Mediocris,
Voluntarius,

Inuo-

Inuoluntarius,
Cum dolore,
Absq; dolore.

Contenta,

Hypostasis,
Enæorema,
Nubes,
Bulla,
Frustula,
Ramenta,
Circulus,
Spuma,
Pinguedo;
Pus,
Arena,
Calculi;
Phlegmata,
Thrombi sanguinis,
Pili,
Squama,
Genitura.

Nomi-

NOMINVM COLORVM EXPLICATIO.

Albus criſtalleus, criſtallo ſimilis.
Albus aqueus, aquę ſimilis.
Albus lacteus, lacti ſimilis.
Albus glaucus, veluti cornu pellucidum.
Albus charopus, pilis ſubalbidis cameli ſimilis vel vngui lapillo. Charopus tamen apud Galenum oculis Leonis ſimilis dicitur.
Subſpiceus fit, ſi parum ſpicei humoris ſucco claro vt aqua eſt inieceris.
Spiceus, ſi plus addideris.
Subaureus, qui non puro auro ſimilis.
Aureus, qui puro auro.
Subcroceus, qui aquam reprę ſentat, in qua diſſolutus ſit flos cartami.
Croceus, in qua flos croci.
Rufus, cùm flaua bilis exuberans vel ſyncera vrinæ mixta ſit.
Subrubens, bolo armeno ſimilis.
Rubens & puniceus, pomis quæ rubrum colorē præ ſe ferunt, vt ſunt ceraſia.
Vineus qui vino nigro ſimilis eſt, aut hepatis colori.
Paſſeus vino cocto ſimilis.
Venetus, ſeu fuſcus, qui ex puro albo & nigro æqualiter confuſis gignitur, qui modò brunus, modò blauus vulgo dicitur.
Liuidus plumbeus eſt.

Niger

Niger notus.
Viridis via eſt ad nigrum.

Vrina optima aliarum omnium regula et amußis, quæ in viris temperatis, & ætate florentibus reperitur.

Colore ſubaurea vel ſubcrocea,
Subſtantia inter tenuem vt aqua, & craſſam vt ſubiugalium,
Proportione potui reſpondens,
Matulæ non adhærens.

Cum Hypoſtaſi,

Alba,
Læui,
Aequali,
Sine pilis, bullis, tuberculis, & aliis malignis contentis.

Vrina omnis quouis modo ab hac declinet, ab optima cadit ſanitate.

Primũ conſtat, Nam vbi mediocris atq; vt decet, concoctio fit, tum crocea atq; aurea bilis generatur, & vrinę apparent ſubcroceæ atque ſubaureæ, colore bilis remiſſo, ob miſtionem ſereæ humiditatis cuius color albus eſt, Secundũ, Népe

pe si concoctio exacta fuerit, substantia apparet mediocris. Fitq;, cùm genuina caliditas dominan do cibo & potui comesis, atq; humoribus internis, suapte natura concoctiones vt decet efficit.

Tertium dicitur, Nam alteratione aliquam factã esse in his quæ intrinsecus sunt significat vrina maior, aut minor, siue multùm excesserit, siue multùm recesserit. Quartum, Nam ita humor lentus & glutinosus esset. Quintum ostẽdit puris generatio, quòd puri proportionalẽ habeat hypostasis ex Galeni commentario circa finem primi prognosticorum. Sextum ostẽdetur ex his quæ cum hypostasi apparent.

Vrinæ ætatum & sexuum quales?

Senum,

Albæ, Tenues,

Hypostasi pauca, & ad cruditatem declinante.

Primi & secundi causa est, quòd senum ætas quantum procedat, tãtum erga frigidum declinet, genuina marcescat caliditas, coctio diminuatur, & ab eminẽtia frigiditatis obscuretur. Tertiũ efficit nutritio diminuta propter imminutam senum potentiam.

Puerorum,

A subaureis & subcroceis parum recedentes

dentes,

Substantia iuuenum vrinas parum excellente,

Cumulata hypostasi.

Primũ contingit, quod puerorũ calor naturalis multus sit, multa quoq; naturalis humiditas: hinc colores remissiores multa humiditate madescentes. Secundum, quod puerorũ caliditas, iuuenũ caliditatẽ potius quantitate superans circa substãtiam humorum producendam excelluit. Tertiũ efficiunt multa humorũ elaboratio, multus esus, & nutritionis actio quæ necessitati requirentium membrorum satisfaciat. Nam calori est opus materia tum ad nutriendum tum ad membrorũ incrementum.

Mulierum etiam temperatarum & ætate florentium,

A subaureis & subcroceis non multũ recedentes album versus,

Substantia tenues,

Pluribus quam virorum contentis.

Primi & secundi ratio est, quod genus muliebre domesticũ sit, paucis exercitiis vtẽs, atq; remissã habens naturalẽ caliditatẽ, virili generi cõparatũ: & ob id debiles efficiat cõcoctiones, & à perfecta rece-

recedentes. Tertium fit ob naturalis humiditatis excessum, & superfluitatum abũdantiam, quę oriuntur à debili concoctione.

Vrinæ eorum qui se plus iusto exercent.

Ad *aureũ croceũq; tendentes,*

C*ontentis paucis, tenuibus, & interdum cum innatante liquamine.*

Primum fit, quòd calore ob motum exaucto, bileus humor ab intensa comburatur caliditate. 2. ob seream humiditatẽ diminutã. Et quoniã mẽbra attenuantur caliditatis excessu & disperdũtur vaporificata sudoribus vel aliis occultis spirationibus, decẽs est vt et exauctis exercitiis aliqua ĩ vrinis appareãt innatãtia colliquamina, aliquo pĩgui colliquefacto vel à renibus, vel à partibus aliis.

Vrinæ ociosam & inertem vitam viuentium.

Ad *album vergentes,*

C*ontentis multis & crudioribus.*

Primũ accidit ob paucitatẽ calidi motionẽ habẽtis, marcescentisq; motionis vacationẽ. id quod ostẽdunt ligna in rogis congesta abundè, nõ ventilata. 2. accidit quòd caliditate non mota tabescente frustretur adeptio perfectę cõcoctionis.

Iudicium vrinarum secundum anni tempora.

Vere ineunte,

Albæ & subspiceæ,

Quantitate maiores,

Contentis pluribus, crassioribus, & crudioribus.

Albæ & subspiceæ, qꝫ victa ob frigoris adhuc dominantis ambitũ caliditate defectus coctionis accidant tam in colore quam substantia. Quãtitate autem maiores, humiditate scilicet humorum in corpore per totam hyemem collecta. Cõtentis vero pluribus, ob plures comesorum multorũ superfluitates. Crassioribus itẽ & crudioribus ob easdem causas.

Cum procedit,

A subspiceis & spiceis ad subaureas & subcroceas,

Substantia æquales,

Contentis mediocribus.

Nempe temperata existente qualitate omnia ad mediocritatem reducuntur.

Aestate, cum incipit,

Subau-

Subaureæ & subcroceæ,
Substantia tenuiores,
Hypostasi quàm mediocris

Tenuiore: sed { *Alba,* *Læui, et* *Aequali.*

Subaureæ & subcroceæ, quòd calore liberè in toto corpore diffuso, atque præsenti materię dominante, concoctioneque facta vt decet, vrinæ fiant mediocres. Sed substantia & contētis tenuioribus, quòd principales partes tenētur atq; disperdantur aëris caliditate.

Cum viget,
Aureæ & croceæ,
Substantia tenuiores,
Minores quantitate,
Contentis paucis & tenuibus, & quodā modo albis.

Aureæ & croceæ, ob adauctam ex aëre æstuante bilem.

Substantia tenuiores ob concoctiones secundū naturam diminutas, calore naturali à calore nos ambiente disperdito.

Minores quantitate, partim dissoluta in sudo-

res materia, partim diſperdita per occultas exa porationes. Cōtētis paucis & tenuibus & quodā modo albis, quòd diſperdatur, & tenuetur materia, atq; coctiones debiliores fiant.

Autumno, cùm acceſſit,
Ad mediocritatem concedentes,
Tenues & pellucidæ,
Paucæ,
Contentis paucis ſed { *Albis,* *Læuibus,* *& æqualibus.*

Ad mediocritatem concedentes, calore ſcilicet vehemēter diminuto. Tenues, pellucidæ, & paucæ tum vrinæ tum hypoſtaſes, ob præſtātem ſiccitatem.

Cùm procedit,
Mediocria omnia.

Quòd coctiones meliores fiant, caliditate genuina ob frigidos ventos vires reſumente, & temperamento coctionibus adlato omnibus.

Hyeme, cùm incipit,
Ad album vergentes,
Subſtantia tenues,

Con-

Contentis pluribus, & fortaſſe mediocribus.

Ad album vergentes & tenues, alterata ſcilicet quodam modo ob aërem frigidiorem interna caliditate, atque increſcente pituiteo humore. Cõtentis verò pluribus, ob ſumptiones ciborum ampliores & coctiones validiores, calore ſcilicet roborato, iuuantibusq́; ſomnis longioribus.

Cùm procedit,

Albæ,

Quantitate maiores,

Subſtantijs differentes,

Contentis pluribus & crudioribus.

Albæ quidem, quòd genuina caliditas à frigore aëris exaucto læſa ſit, bileusq́; humor prorſus tabeſcat. Subſtantiis differentes, nam modo tenues propter imperfectam concoctionem ob frigiditatis aëris præſtantiam: modò craſſæ & conturbatæ ob crudum qui hoc tempore viget humorem. Contentis pluribus & crudioribus, quòd genuina caliditas domare non poſſit comeſa multa, vel quòd multa elaborata ſint, multa apparent: cruda quoque & craſſiora aut frigiditate genuinam caliditatẽ tabefaciente, aut quòd plura ſumpta ſint quàm natura perficere poſſit.

Vrinarum iudicia ex ſimplicibus intemperaturis.

Caliditas ſi exaucta,

Aureæ & croceæ,

Subſtantia mediocritatem excedente, cum ſplendore quodam,

Contentis mediocribus ſed naturalem albedinem diffugientibus.

Aureæ & croceæ, ob bilem acutiorem effectá, humiditatemq; ablatam. Subſtantia mediocritatem excedente, quòd ſubſtantia à mediocribus diſcedant: cum quodam ſplendore, quòd exaucto acumine quod humiditatem aſperantem conſumit, ſplendor conſpectetur. Naturalem albedinem diffugientibus, quòd tinctura quædam ab exceſſu bilis diſtributa coloret contenta ipſa.

Frigiditas quantum intenditur,

Tantundem albeſcunt vrinæ,

Subſtantia craßiore,

Contentis minoribus & crudaceis, & interdum craſſeſcunt vniuerſæ & conturbantur.

Quòd tantundem albeſcant vrinæ, quantum in-

intendatur frigiditas, facit quòd humor croceus proprium colorem nactus non sit, capiens ſpiceũ vel ſubſpiceum ſecundum mẽſuram imperfectæ concoctionis. Subſtantia craſſiore, quòd non facilè à genuina caliditate domita & cõcocta ſit.

Contentis minoribus, quòd diminuto calore etiam nutritio minor ſit: crudis, ob caloris im becillitatem. Conturbantur quoque interdum & craſſeſcũt, cruditate ob imbecillitatem virtutis alterantis vincente. Nempe calore præſtante quæ tenuia ſunt craſſeſcunt concocta: quæ vero alia ratione craſſa erant, hæc tenuãtur. Tenues autem potiùs per intẽperaturam fiunt: craſſæ vero per humorum cruditatem.

Humiditas ſi vincat,
Ad album vergentes,
Quantitate maiores,
Subtenues,
Contentis multis & crudis.

Ad album vergunt vrinæ, & quantitate maiores fiunt, quòd humiditas excedens vt obtundat vrinæ naturalem colorem, ita & quantitatem augeat. Subtenues, quæ mediocritatem ſubſtantiæ effugiant. Contentis multis, ob multam ela borationem, quòd humidum facilè nutriat: crudis, quòd humido exiſtente multo imperfecta ſit

elaboratio.

Siccitas si vincat,

Colore mediocres cum splendore,
Mediocres substantia,
Quantitate minores,
Contentis paucis atq; exactè coctis.

Colore mediocres, præsertim si colorans humor nihil adfectus sit:cum splendore,ob vigorem colorantis humoris. Mediocres substantia,præsertim si nõ intẽdantur:intẽdũtur enim aliquãdo.

Quantitate minores,ob humiditatis paucitatem. Contentis paucis, cùm pauca processerit in nutriendo humiditas. Exactè coctis,quòd facilè à caliditate sunt domita.

Vrinæ secundum regiones & cibos,proportione his respondent.

Somnolẽtorum seu qui dormiuerũt non secundum naturam, id est, non ob suauem humiditatem & mediocrem natiuam caliditatẽ:sed ob humiditatem multam præsertim pituiteam, atque ob comesa & medicamina

mina frigida,

Ad album vergentes,

Substantia crassæ aut subtenues,

Contentis pluribus & incoctis.

Tria hæc ex concoctionis contingunt defectu.

Eorum qui secundum naturam dormiuerunt,

Spiceæ,

Substantia mediocri,

Contentis maioribus & bene coctis.

Trium horum rationes ex antecedentibus maximè patent.

Eorum qui immoderatè vigilarũt ob causam aliquam,

Tenues,

Versicolores,

Contentis extraneis magis.

Tenues & aliquãdo albissimæ profluũt aut ob bilis regressum ad cerebrũ, aut ob insaniæ speciem. Versicolores, nempe interdũ albæ, interdum croceæ & aureæ, ac oleaceæ & nigræ, secũdum causæ mutantis proprietatẽ. Cõtentis extraneis magis, nempe inæqualibus & maximè cõ

fusis coctione non tam facilè procedente, si aut aliqua intemperatura excesserit, aut vsquequaque homo vigilauerit.

Multum comedentium & non-coquentium,

Tenues,

Albæ,

Et interdum absq; sedimento.

Hæc errorem à perfecta concoctione contigisse ostendunt.

Procrastinantium in cruditate,

Substantia & contentis extraneæ.

Ieiunantium,

Flammeæ & croceæ,

Tenues,

Hypostasi minore.

Flammeę & croceæ ob calorem acutiorem deuorata humiditate redditum. Tenues ob illam calidi affectionem. Hypostasi minore, quòd desint homini alimenta.

Fame oppressorum,

Tenues,

Albæ,
Sine hypoſtaſi.

Hæc fiunt concedente ad frigidum habitu ob caloris tabem.

Vrinarum iudicia ex earum ſubſtantia.

Tenuis & ſubtilis,
Lapſum caliditatis genuinæ,
Venarum, hepatis, renum, & vaſorũ vrinariorum oppilationem.
Naturæ debilitatem,
Canalium vrinæ læſam attractricem,
Frigiditatem vehementem cum ſiccitate,
Lapſum caliditatis genuinæ, aut ſuperatæ ab aliqua potẽte frigiditate, aut quòd extranea caliditas aliqua occaſione præcedens eam occupauerit, ita vt ab actione propria probibeatur. id quod patet in his quæ elixantur ſub Sole vehemẽter radiante, & loco maximè frigido.

Venarum, hepatis &c. Nempe cùm vel circa renes atque reliqua vaſa vrinaria, vel circa particulas

culas aliquas quæ coërcere possunt vt vrinæ mediocres exeant, oppilatio aliqua non parua gignitur ab aliqua affectione, tum vrina per angustias veluti per defęcatorium emuncta perquã tenuis exit, vt patet ex his qui vinum limosum & crassum colantes,pellucidissimum efficiant. Naturæ debilitatem,atque eò potiùs quò cum caloribus prauioribus spectetur. Canalium vrinæ læsam attractricem,qui scilicet non attrahunt nisi quod tenue est:aut si attrahunt,non nisi quod tenue est eiiciunt. Frigiditatem vehementem cum siccitate, nempe ab vtraq; intẽperatura tales vrinas fieri est ostensum.

In acutis morbis,

Concoctricis debilitatem,

Morbi, & succorũ in venis cruditatem.

Si diutiùs perseueret,

Mortem, si natura non sufficiat: abscessum in partibus inferis, si virtus valeat.

In crisi,

Recidiuã minatur, ut in Hermocrate tertio epidemiorum.

Coctricis debilitatem,siue à nuda intemperatura fuerit, siue ob humorũ excessum:nequeũte scilicet natura munia sua obire,atq; ob id vrina nequa-

nequaquàm elaborata. Inde & morbi & succorũ in venis cruditatem, nondum incumbente natura ad ipsorum concoctionem. Mortem, si natura non sufficiat: & abscessum in partibus inferis, si virtus valeat. Nempe teste Galeno super prognosticum illud: Quò tenues & crudas diutiùs mingunt vrinas, si diutiùs vrinæ incoctæ perseuerent, definire opus, ánne æger longitudini morbi haudquaquàm sufficiet: an per abscessum iudicabitur, sed definitio ex aliis fiet signis. Nempe lethalia mortem indicant, ęqua autem & bona salutem. Recidiuam minatur in crisi, quòd vrinæ tenues morbum esse crudum indicent.

Crassa,

Pugnam naturæ cum humore,
Abundantiam humoris,
Superficiei corporis spissationem ob frigus,

Si tenuis præcesserit,
Coctionis principium.

Vnà cum accessu febris talis visa, neq; quæ in processu crassescere desinat, aut si desierit, nõ tenuetur,
Virtutis infirmitatem et multitudinẽ humorum

morum non paruam.

Pugnam naturæ cum humore: Naturæ ſcilicet veluti intentæ vt materię dominetur:atque iam-iam fortè dominantis,niſi vehementer craſſæ ap paruerint.hinc & abundãtiam humoris. Superficiei corporis ſpiſſationem ob frigus,nẽpe quòd ob frigus tranſpiratio prohibita ſit,craſſiores apparent vrinæ. Coctionis principium, ſi tenuis præceſſerit. Nam ſi vrinæ apparuerint tenues & non ob aliquam nudam intemperaturam , nunquam ad mediocritatem mutabuntur , niſi priùs ingenita fuerit craſſitudo. Virtutis infirmitatẽ, & multitudinem humorum non paruam,cùm ſcilicet vehementer craſſæ fuerint,ſubacta ſcilicet à tanta materia natura.

Craſſa bifariàm eſt,

Pellucida, Turbida.

Craſſa pellucida,

Pituitæ vitreæ reſolutionem , vt in epilepticorum ex pituita vrinis apparet.

Citrina ſi fuerit,

Cholen vitellinam.

Horum rationes maximè inquiſitoribus nõ inexpertis conſtant. Nam craſſæ vrinę ſemper fuere ſigna humorum quorumcunque aliquo pacto implen-

implentium ventrem & inteſtina, atque hepatis cauas partes.

Turbida craſſa.

Crudam cum flatuoſo ſpiritu multo turbationem,

Copiam humorum qui natura expelluntur,

Naturæ laborem in ſegregando & expellendo.

Sed tribus conſideratur modis.

Nam vel,

Turbida mičta paulò pòſt reſidet,

vel

Semper ſimilis manet,

vel,

Pura mingitur, & poſtea conturbatur.

Prima,

Parum aliquid turbulentiæ inæqualis ſupereſſe oſtendit.

Secunda,

Vigere adhuc eam quæ in ſanguine eſt agita-

gitationem, & crudorum humorum craſſitiem vltra fluctuoſam turbationem.

Tertia,

Iam crudi ſucci coctionem aggredi naturam.

Turbidarum omnium generalis nota.

Craßi à liquidiore ſeparatio, aut properè, aut tardè facta, aut prorſus nulla.

Nulla dictum eſt,

Nam vehemẽter craſſa à materię copia ſubactam naturam ſuccubuiſſe vt ante dictum eſt. hæc de turbidis vrinis dicta ſunt ex Galeni quarto de ſanitate tuendà.

Vrina mediocris non pellucida vt aqua, neque turbida vt ſubiugalium,

Sanitatem.

Iudicium ex vrinarum quantitate.

Multa in ſanis,

Vini aquei exuberantem potionem,

Cibo-

Ciborum humidiorum vſum,
Ventris excretionem paucam,
Diureticorum vſum nimium,
Ciborum crudorum concoctionem.

Vini aquei exuberantem potionem & ciborum humidiorum vſum, quòd cibi boni & humidiores maximè omnium & nutriunt & defluunt: vinum verò potiùs quàm cætera nutrit, atque citiùs diſperditur. Diureticorum nimium vſum, quòd ſua caliditate moueant vrinæ multitudinē: ſubtilitate verò cruditatem humorum diuidant, atque pharmacorum proprietate efficiant, vt per vrinam potiùs ſeducantur. Ciborum crudorum concoctionem, quòd concoctæ materiæ ſuperfluitates humidæ ſeducantur.

In ægris,

Diabetem.i.vrinæ tranſitum,
Superfluitatum excretionem,
Corporis colliquationem,
Terminationem ægritudinis,
Ventris ſiccitatem.

Diabetem quidem, intemperatura ſcilicet exauctæ caliditatis circa renes id efficiēte. Superfluitatum excretionem, & terminationem ægritudinis,

tudinis, atque corporis colliquationem: dissolutis scilicet humoribus & ad vrinas exitum festinantibus. Ventris siccitatem, humoribus aliò transfluentibus.

In acutis febribus,

Febris solutionem,
Conuersionem in hecticam,
Conuulsionem.

Febris solutionem, nempe vt non rarò per ventrem vniuersum corpus repurgatur: & item quoque per renes & vesicam vt ex statu secundo primi libri de morbis vulgaribus. Conuersionem in hecticam, dissolutis scilicet corporis humiditatibus & per vrinas delatis, si non subsequuta fuerit alleuatio. Conuulsionem, ex inflammatione scilicet ab ea dissolutis humiditatibus.

Vrina pauca,

Diætam sicciorem,
Ciborum tenacium & crassiorum vsum,
Oppilationes,
Ventris euacuationem multam,
Febris vehementiam,
Læsionem vasorum vrinalium.

Die-

Dietam ſicciorem, id eſt, cibos ſicciores, paucitatem potus, exercitium vehemens, & cætera quę deſiccare conſueuerunt. Ciborum tenacium & craſſiorum vſum, quod meatus claudant, & exinde oppilationem pariāt. Ventris euacuationem multam, nam cùm natura totam ſuperfluitatem per conſuetos meatus vacuare ſoleat, ſi fortè alter alterum vacuatione ſuperauerit, per alterum minor quantitas vacuabitur. Febris vehementiam, atque ob id toſtum humorem, ex epidemis: conſumpta ſcilicet à calore corporis humiditate. Læſionem vaſorum vrinalium, ob ſcilicet imbecillitatem virtutis excretiuæ vel renum vel aliorum vrinæ inſtrumentorum.

Iudicia ex vrinarum coloribus.

Alba criſtallea & aquoſa,

Cruditatem à frigiditate,
Coctricis facultatis imbecillitatem,
Meatuum vrinæ fortem oppilationem,
Tingentis humoris auerſionem,
Potus magnitudinem.

Cruditatem à frigiditate, vel ingenita vel morboſa. Coctricis facultatis imbecillitatem, na-

tura ſcilicet ob imbecillitatem ſeſe erigere ad co-ctionem nequeunte. Meatuum vrinę fortem oppilationem, nonnunquàm & hepatis: ſed à loci dolore diſcernitur. Tingentis humoris auerſionem, vt in febre ardente quæ ob bilis copiam fit: cuius colore ſi vrina non tingitur, conſtat bilem in vaſis non permanere: ſed ad cerebrum ob leuitatem aſcendere, quòd ſi in his phrenitis nō adſit, ſcito iam proximè futuram. id etiam patet in dyſenteriis & aliis abſceſſibus. Potus magnitudinem, in ſanis maximè, & præſertim vini exilis.

Glauca & charopa,
Virtutis concoctricis debilitatem.

In febrium initiis & incrementis,
Labores.

In febrium declinatione,
Salutem.

Alba muccoſa,
Phlegmatis humoríſque crudi abundantiam.

Alba pinguis,
Pinguitudinis colliquationem.

Alba lacti acetoſo ſimilis,

Phlegma-

Phlegmatis liquefactionem præsentē vel futuram.

In acutis,

Mortem aut phthysim.

Alba vt fungus, si cum sanie,

Vlcus in vrinæ excrementis.

Si absq; sanie,

Materiæ crudæ multæ separationem,

Lapidem item vesicæ,

Genituræ similis. i. alba & crassa,

Phlegmatis vitrei vacuationem.

Hippocrates sexto epidemiorum de ea agit.

Alba in ictero perseuerante,

Hydropem.

Virtutis concoctricis debilitatem, natura humores alterare & coquere nequeunte. Labores, ob scilicet multitudinis materiæ putrefactæ augmentum. Salutem, nempe febris declinationem, pręsertim cùm præcedentes vrinæ fuerint magis auteæ. cætera ex Auicenna sunt petenda.

Subspicea & spicea,

Minorem incoctionem quàm albæ,

Febris solutionem.

Minorem incoctionem quàm albæ,quasi natura coctioni indulgeat. Febris solutionem, si ardentiores præcesserint febres: nempe corporis habitus ad frigidiorem concedit qualitatem.

Subaurea & subcrocea, vel suffla ua & subruffa,

In iuuenibus,

Perfectam concoctionem, & corporis totius certam sanitatem.

In senibus & mulieribus,

Habitudinem ad qualitatem acutiorem versam.

Perfectam concoctionem, nempe vbi mediocris concoctio fit, crocea tum atque aurea bilis generatur:& vrinæ apparent subcroceæ atq; subaureæ, colore bilis remisso ob mistionem seræ humiditatis cuius color est albus. Habitudinem ad qualitatem acutiorem versam, nempe senibus & mulieribus ob ingenitam quandam frigidam temperaturam vrinæ sunt subspiceæ: versionem hanc fieri constat propter assiduas rerum acutarum esus, aut exercitationes immodicas.

Aurea & crocea,

Caliditatis intensionem quandam.

Aurea,

Aurea,

Potiùs per materiæ quantitatem, quàm per materiæ defectum.

Crocea,

Contrario modo.

Caliditatis intensionem quandam, in iuuenibus ob minores occasiones: in senibus & mulieribus ob maiores. Per materiæ quantitatem, nempe aurea apparet ob multorum ciborum & medicinarum acutarum oblationem: item ob sanguinis ebulitionẽ ab ira, item ob intemperaturam quandam calidam visceris, item ob affectum quendam anni similem. Cõtrario modo dictũ est, nempe crocea apparet ob mœrorem, curam, vigilias, ob Solis æstum, ob laborem & similia.

Ruffa,

Flauæ bilis abundantiam, vel ipsius synceritatem.

Ruffa & tenuis,

Morbum crudum.

Bilem & ruffam & pallidam & flauam nominant, nam bilis albior & turbulentior facta ruffescit: si verò splendens sit & purior, flauescit. ergo ruffus color ad album magis, flauus ad splendidũ

magis vergit. Pallidus color ruffo albior, vnde Galenus in primo de iudicationibus: Quantò flauo ruffum est albius, tantò illo pallidum. hic accipimus pallidum croceum vt Ochra est. Morbum crudum, & maximè quatenus tenuis substantiæ.

Subrubens,

Sanguinis non exquisitè cocti abundantiam,

Bilis rubræ mixtionem.

Sanguinis non exquisitè cocti abundantiam. vbi enim sanguinis serum vnà cum vrina emittitur, videtur & colore subrubens. cùm igitur tum humidior tum serosior sit, coctione eget. Bilis rubræ mixtionem nouerunt qui subrubras videre & deiectiones & vrinas.

Rubens,

Bilis rubræ multitudinem,

Sanguinis saniem multam,

Sanguinis crudioris & serosioris abundantiam.

Crassa eadem & nihil deponens,

Turbationem crudam multo præditā spi

ritu

ritu flatuoso.

Crassa eadem, inde tenuis, ante crisim & post crisim,

Recidiuam.

Rubens in ictero ita vt pannũ tingat,

Salutem.

Rubens modicè,

Hydropem futurum.

Bilis rubræ multitudo maximè patet in iuuenibus. Sanguinis sanies multa etiam constat, nempe abundante sanguine si non flabelletur, saníes quædam generatur, qualis est vligo illa quæ in corporibus humidioribus quotidie spectatur vbi putrescunt. sanies igitur illa cum vrinis expellitur. Sanguinis crudioris & serosioris abundantia in ardentibus reperitur febribus, vbi diuturnior est morbus, tempore indigens ad maturationem. vbi itaque amplior semicrudus sanguis per vrinam expellitur, rubram eum hanc efficere ratio conuincit. id patet in Hermocrate tertii epidemiorum. Turbationem crudam multo præditam spiritu flatuoso, vt in musto fieri solet. Hæ autem vrinæ conturbatæ & turbidæ dicuntur, quibus capitis dolores sunt adiuncti, spiritu

flatuoſo cum calidioribus ſuccis petente. eadem in Hermocrate viſa eſt. Recidiuam, hæc notiſſima eſt ex eodem Hermocrate. Salutem in his expectare oportet, nondum ſcilicet imbecillitato hepate hydropem futurum: nempe tunc cùm modicè rubeant aut albæ ſint, hoc accidit ex hepatis debilitate.

Prærubens vel rubens cruenta.

Renum debilitatem,
Sanguinis ex parte aliqua profluxum,
Renū laxitatem immodicam,
Sanguinis abundantiam.

Craſſa eadem & multa,
Criſim & ſanitatem.

Renum debilitatem. id quòd fit renibus perperàm fungentibus ſuo munere, ſicut fieri ſolet in doloribus nephriticis. Sanguinis ex parte aliqua profluxum, nempe vena inciſa aliqua vel rupta circa vrinæ vaſa talis apparet, ſed loci dolore & cauſa antecedente dignoſcitur. Renum laxitatem immodicam, cùm ſcilicet vaſa vrinam colantia raritatem habuerint vel natura vel ob aliam cauſam, ſiquidem plerunque cum vrina ſecernitur ſanguis. Sanguinis abundantiam, vt videre

videre est in his continuis quas synochos vocãt.

Crisim & sanitatem nonnunquam indicare constat in acutis febribus & complicatis, natura scilicet ad vrinas quod molestum erat mittente.

Vrina vinea in sanis,

Sanguinis assationem.

In vehementibus febribus,

Sanguinis saniosi & putrescentis abundantiam,

Sanguinis in rubram bilem transformationem.

Talis sanguinis assatio contingit sanis ob longas vias æstusq́;, & ob labores: & maximè in his qui molli sunt corpore & facilè patibili. tales etiam vrinas sepissimè vidi in his qui liberaliter & assiduè bibũt vina crassa. Reliqua duo nota sunt propter caloris vehementiam.

Vrina passea,

Bilei humoris adustionem.

Nempe crocea bilis exassata, atque violacea effecta adeo vt fere accipiat imaginẽ humoris melancholici, talem efficit vrinam.

Vrina viridis bifariàm,

Viridis nomine generis,

Viridis oleacea.

Viridis ad nigredinē magis declinans,

Bilis tum violaceæ tum ceruleæ multitudinem,

Frigiditatem.

Aeruginosa,

Flauæ bilis adustionem, atque in viridem conuersionem.

Si perseueret cum suis malis accidentibus,

A siccitate conuulsionem.

Bilis tum violaceæ tum ceruleæ multitudinem, nempe talis viridis color bilis tum quantitatem tum qualitatem, tum in aliud genus conuersionem caliditatis excessu ostendit. Frigiditatem etiam, nēpe cū niger color talis tum à frigiditate tum à vehementi caliditate fiat, viridisque sit ad nigrum via, ratio vincit frigiditatem à viridi significari colore. Adustionem flauæ bilis, atque in viridem conuersionem, ex æruginosa significari intelliget qui bilem flauam, si vehemēter aduratur, in nigram mutari. A siccitate conuulsionem, nempe si æruginosa bilis perseueret cū suis malis

malis accidentibus, quæ sunt sitis assidua, æstus, lingua adusta, hypochondria retracta, vomitus & similia: virtus imbecilla fuerit, non remittãtur colores, sequi solet conuulsio à siccitate & æstu. id phreniticis fieri solet.

Oleosa ad candidius victo pallido vergens,

Humorum cruditatem.

Vehementer pallida vt ad flauũ accedat,

Biliosum calorem.

Cum reliquis signis salubribus,

Breui tempore salutem.

Cum malis,

Morbi longitudinem,

Mortem.

Sicut (inquit Galenus in commentario tertii vulgarium in primi ægri post tempestatem, enarratione) oleum ipsum vnius neque coloris neque crassitiei, nec item oleosa vrina semel est pallida sed plus minùs: periculúmque his vrinis nõ ob prauitatẽ subest, sed ob vim febris. hinc quidam, si reliqua consentiant salubria, breui liberã tur:

tur: alii morbum trahunt, alii moriuntur,vt patet de primo ægro tertii epidemiorum post tempestatem,qui sexto die oleosam habuit vrinam,& cẽtesimo vigesimo obiit.

Oleosa omnis,
Pinguis colliquationem,
Caliditatem adulterinam,hecticam.

Cùm pinguedo(inquit Aëtius) paulatim liquescat,colliquatio principium habet,incrementum & vigorem. In principio vrinæ aquosæne sint an oleaginę, ãbigũt,& tales ab Actuario oleicolores vocantur: in augmento insignior olei mixtura apparet,& talis oleapparens dicitur ab eodem autore:in vigore verò vrinæ totæ & colore & liquore oleosæ planè sunt.

Oleosa si tardè procedit & paulatim increscat,
Pinguitudinis vniuersi corporis colliquationem.
Si breui & confertim,
Solorum renum.

Nam si febris & calor ille adulterinus per totum corpus diffusus fuerit,paulatim excernitur; si calor plurimus circa renes fuerit,copiosè & cumulatim fluit ex Aëtio.Discrimẽ igitur inde est,

quòd

quòd in priori totum corpus ardere sentitur: in posteriore soli renes.

Oleosa post nigram,

Salutem.

Nempe fit versio ad melius.

Oleosa in valde acutis quarto die apparens,

Septimo moriturum hominem.

Oleosæ siquid loturæ carnis simile misceatur,

Hydropem,

Phthisim,

Colicum dolorem malum.

Hæc ex Auicenna, si tamen quod primo loco dicitur verum sit, inquirent qui volēt. Quod de hydrope, phthisi & colico dolore malo dicitur probabile est, vbi febris vehementiam sequitur hepatis imbecillitas.

Veneta subtenuis,

Fusionem humoris melancholici.

Ad craßitudinem vergens,

Frigiditatem.

Quæ à prauis coloribus ad peiores

res trasmutatur,

Mortificationem.

Vrina liuida præter dicta de veneta.

Plagas quoque & verbera homini incussa.

Fusionem humoris melancholici. nam sæpius contingit vt vrinæ plus minúsue tingantur, & plerunque mediocrem duntaxat suscipiant tincturam. Frigiditatem, nempe frigiditas non minùs quàm immodica caliditas nigrificare humores solet. Mortificationem, maximè à frigiditate profectam. nam color niger proprius est mortuis corporibus: venetus verò & liuidus parum à nigro discedunt. Plagas quoque & verbera homini incussa, nempe liuida quæ ob plagas fit magnã indicat sanguinis factam esse mortificationem: plagis scilicet mortificātibus cadauerantibúsque. sanguis verò mortificatus subnigrescere consueuit: qui tandem à virtute excretrice per vasa vrinaria pulsus, tales procreat vrinas. Caue tamen ne aliquando fallat te mulier, vt me aliquando fefellit: quæ vrinæ concussi & verberibus affecti hominis fel taurinum miscebat.

Vrina nigra omnis continuò & crassa

crassa est,nunciatq;,
Vehemens frigus,
Mortificationem extremam,
Exuberantem caliditatem,
Biliosum adustum humorem,
Nigri excretionem humoris, & salutem.

Vehemens frigus,præsertim si veneta & liuida præcesserint,frigiditatem significantes . quod verò color is ad extremum peruenerit,ob id subiectum solet dissoluere , & ob id mortificationem extremam indicare. Exuberãtem,& ob id biliosum adustum consequio humorem.tales siquidem in febribus quæ causi appellantur, & phrenitidibus meiuntur, quod tum calidæ tum siccæ affectiones eiusmodi existunt,vt constat ex prorrhetico . quod si talis post flauã excernatur, constat à nimio calore torrefactam esse flauam bilem . similiter accidit , si præcesserit æruginosa. Nigri excretionem humoris,& salutem. tales siquidem sæpissimè excernuntur in quartanarũ declinatione et melancholicis deliriis quando soluuntur:tales itidem lienosis plurimũ excernuntur,& plerunque si pharmacum purgatiuum congruens datum sit.

De iudiciis ex vrinarum odore.

Vri-

Vrina odore carens,
Temperaturam frigidam,
Cruditatem exuberantem.
Et in acutis plerunque morbis,
Naturæ mortificationem.

In ſanis maximè id apparere ſolet,quòd vrinæ odore careant,cùm ſcilicet frigida fuerint temperatura aut ſuperfluam cruditaté habuerint:quod ſi contingat in morbis acutis, Naturæ mortificationem, cum ſcilicet vrina maleolens fuerit, deinde ſubitò talis diſceſſerit maleolentia ſine mali remiſſione.

Odor dulcis,
Sanguinis non putrefacti dominium.
Graueolens in ſanis,
Futuram febrim ex putredine,
Potum medicamentum.
In morbis cum prauis ſubſtantia & contentis,
Corporis habitudinem mortificatam.
Si cum bonis,
Scabiem vel vlcus in vrinæ inſtrumentis, & præſertim ſi pus fuerit.

Si acris odor fuerit,
Frigidorum humorum putrefactionem,
Caloris naturalis mortem.

Sanguinis non putrefacti dominium, nempe sanguis suapte natura calidus & humidus & dulcis existit. Futuram febrim ex putredine, nempe maleolentia omnis putredinis est nota. Potũ medicamentum, nempe vt terebinthina pota vrinam reddit violarum odoris, ita cardui radix pota crassam facit vrinam & maleolentem, vt refert Aëtius in octauo. Corporis habitudinem mortificatam, victus siquidem calor natiuus victore externo. Scabiem vel vlcus aut quamuis aliam plagam, id quod vnà ostendũt causæ antecedentes & dolor topicus. Frigidorum humorum putrefactionem, quod frigidi humores si putrefiant, in acorem transeant. id ostendit pituita, ostendit & melancholia.

De iudiciis ex modo meiendi.

Difficilis,

Acrimoniam vrinæ,
Vesicæ exulcerationem & aliquando debilitatem,
Phlegmonen,

Calculum.

Renibus aut hepate adfectis,

Abſceſſus ruptionem,

Veſicæ intemperiem, vel conuulſionem.

In febribus,

Totius neruoſæ partis adfectum.

Acrimoniam vrinæ ſtranguriæ cauſam eſſe cõſtat Galeno in ſecundam tempeſtatem primi epidemiorum, quod ſcilicet veſica vellicaretur & aſſidua excretione acris humoris ſolicitaretur. Veſicæ exulcerationem, nempe hanc conſequitur vrinæ emittendæ difficultas ex Aëtio & aliis: & aliquando debilitatem, veſica ſcilicet vrinæ copiam exprimere nequeũte. Phlegmonen, nam qui ita afficiuntur, vrinam eiicere non poſſunt viis ob inflammationem compreſſis. Calculum, eo ſcilicet meatus obturante. Abſceſſus ruptionem, nempe cùm abſceſſus rumpitur, & pus per veſicam excernitur, aſſiduam irritationẽ & mictionem propter acredinem ſuam inducit. Veſicæ intemperiem, nempe vel à frigida vel calida veſicæ propria lęditur actio: conuulſio prętereà meiẽdi difficultatem adferre ſolet. Totius partis neruoſæ adfectum, id in febrium malignarum principio accidere ſolet vt veſica affligatur, & paulatim cum dolore vrinam emittat, quod illi

accidit affectus participatione: nam vesica neruosa est.

Meiendi modus inuoluntarius,

Vesicam exolutam,

Musculi vesicæ collum claudentis paralysim vel exolutionem.

Vesicam exolutam, cùm scilicet virtus contentrix oblæsa fuerit. Musculi vesicæ collum claudentis exolutionem, cùm scilicet nerui qui ex spinali medulla ad musculum illum deferuntur, læsi fuerint.

Mictio cum dolore,

Inflammationem,

Abscessum,

Vlcerationem,

Inæqualem intemperiem,

Spiritum flatuosum.

Hęc notiora quàm explicari debeant.

De *iudiciis ex vrinarum contentis.*

Contenta trifariàm diuisa. Quæ in fundum matulæ descendunt, hypostases dicuntur, id est subiecta: Quæ ad medium

concesserunt enæoremata, id est sublationes vel sublimia vel suspensa: Quæ verò ad superficiem peruenerunt, nubes vel nebulæ, habētes in vrinis proportionem quā habent in aëre nubes. neque hic vllum latere oportet enæoremata etiam nubes aliquando ab Hippocrate *dici. Sunt autem contenta superfluitates quædam tertiæ concoctionis.*

Vrina contentis priuata,

Dolores *ingentes,*

I*mmensa exercitia,*

L*ongas vigilias,*

M*ateriæ defectum,*

I*nflammationē calidam in principalibus membris,*

I*ncoctionem extremam,*

O*ppilationem,*

V*entris euacuationem insignem,*

M*ultam materiæ corruptionem,*

M*ēbri alicuius imbecillitatem ingenitā.*

Dolo

Dolores ingentes, vel quod superflua à doloribus trahantur, vel quòd virtutem prosternant dolores, quo fit vt non munus suum coquendi expleat:sunt etenim contenta tertiæ coctionis superflua vt dictum.idem efficiunt vigiliæ longæ. Immensa exercitia, nam quę per vrinas excernerentur, exercitatione per sudores eliciuntur & euaporationes. Materiæ defectum, nam vbi egestas sit,nihil superflui excerni potest. Inflammatio item calida in membro aliquo principali, ob multam caliditatem superfluitates attrahit cucurbitulæ modo. Incoctionem extremam, propter quam absque contentis producantur vrinę: si enim talia non spectentur,iam defecit concoctio. Oppilationem,crassioribus scilicet humoribus in via hærentibus. Ventris euacuationem insignẽ,humoribus superfluis aliò migrãtibus, ad ventrẽ scilicet,fit quoq; id ob imbecillitatẽ, quæ ex euacuatione virtuti accidit concoctrici. Multam materię corruptionem,à qua nihil commodi natura in alimentum sumere possit. Membri alicuius imbecillitatem, ob quam ad ipsum omne inutile expellitur: nempe grauatum non solùm non repellit quod influxit,verùm quoque & suscipit quod influit.

In sanis,

Cruditates,

Oppilationes.

Et si protraxerint,

Futuram ægritudinem.

Horum rationes in promptu sunt, & maximè huius quod tertio dictum est loco. nempe diuturnis cruditatibus & oppilationib9 vix resistere homo sanus potest.

In acutorum principiis augmentisq;,

Virtutis debilitatem,

In mediocrium,

Minorem debilitatem.

Cum concausis,

Abscessum futurum.

Virtutis debilitatem, quæ ad tantam imbecillitatem peruenit, vt ob vehementiam causarum affligentium, necessariarum actionum oblita fit.

Minorem debilitatem, quòd natura minùs afflicta sedatiore existēte febre. Abscessum futurū, superfluis ad locum abscessus transmigrantibus.

Cōcausę sunt quas adiutrices dicūt, vt in longis morbis hyberna aëris caliditas, iniudicabilis conditio, motus ęgritudinis erraticus, atque ægri virtus mediocriter debilis.

Tenuissima & vehementer alba,

Vasorum

Vasorum oppilationem insignem,
Indecentem frigiditatem & cruditatem,
Spicea & subspicea,
Minorem oppilationem, quanquàm nõ minorem cruditatem.
Aurea & crocea,
Oppilationem minorem sed cruditatem.
Rubea vinea passea,
Putredinem in venis,
Cruditatem,
Longas vigilias.

Quoniam genus omne prædictarum vrinarũ hypostasi scilicet priuatarum non vno tingatur colore, cùm alia vehementer, alia mediocriter alba sit, alia spicea & alia aurea, & ita de aliis: vnaquæque rei alicuius signum existit, vt iam antedictum est, atq; hinc causæ etiam manifestę.

Hypostasis dignoscitur,
Quantitate,
Substantia,
Colore,
Læuitate,

Aequabilitate.

Hypostasis optima & naturalis,

Mediocri substantia & quantitate,

Alba,

Læuis,

Aequalis,

Diu perdurans, & in morbis per totum morbi tempus.

Læuem dicit continuam & non dispersam: Aequalem verò, id est, singulis suis partibus sibi similem. In morbis per totum tempus dicitur, nam sæpius cõtingit hodie vt quis inculpatè mingat, cras verò vel sequente nocte culpatè: deinde tertia die manè inculpatè; vesperi autem culpatè. sed vrinę huiusmodi venas nõnihil coctum, aliud incoctum continere indicant.

Pauca,

Inediam,

Exercitationes,

Oppilationes,

Coctionis tarditatem.

Inediam, nempe si decens nutritio defecerit, deficient & superflua. Exercitationes, nempe per eas attenuantur superfluitates, & per occul-

tas

tas vaporationes discedunt, & ita pauca redduntur contenta. Oppilationes, nempe sola tenuia transeũt, & crassa adhærent. Coctionis tarditas pauca reddit contenta ex causa manifestiore.

Multa,

Nutrimentum multum,

Coctricis virtutis robur.

Nempe si alimenta abundauerint, valeatq; cõcoctrix facultas, multa coquentur, multáque erũt superflua.

Tenuis,

Caloris natiui in tertia concoctione debilitatem.

Crudorum humorum tenuationem roborata genuina caliditate.

Caloris debilitatem, ob frigiditatem, ita vt contenta ad mediocritatem peruenire non possint. Crudorum humorum tenuationem, cùm scilicet attenuauerit dissipaueritq; omnem crassitudinẽ materiæ quæ in venis erat ob humorum cruditatem. id autem cognosces: nam si modicè matulam vacuaueris, ipsa contenta citò eleuantur, atque læuitas dissimilis redditur: non facilè autem eleuãtur quæ ex caloris debilitate fiũt.

Crassa,

Crudo-

Crudorum humorum in venis manentiũ amputationem,
Sequestrationem iudiciariam.

Duo hæc sæpiùs in vrinis visuntur, sed de his distinctè pronunciandum. Primum enim apparere solet in principio & augmento febris, & sæpiùs liquore vrinę improbi coloris existente. id quod & artifices ipsos fallit, existimantes hyposta sin bonam esse quòd alba sit: sed talis hypostasis inæqualis est & non læuis: item viscea est, & muc cosa est. Secundum frequentius fit post statum & vigorem, neque eiusmodi hypostasis cum improbi coloris liquore.

Vehementer alba,
Pus, aut crudi humoris ramenta continet.

Hæc item distinguenda, nempe pus maleolet & glutinosum est: crudus humor propriè dictus puri colore & crassitie tantùm similis, sed nõ maleolet neque est viscosus: neque tamen talis crudus humor subsidet tãtũ in vrinis eorũ qui ex cru dorũ multitudinę febriunt: verùm quoque & sanorum, qui laboribus sese dedentes cibos duros & ægrè coctiles ingerunt. differtq; is humor ab humore pituitoso, ꝙ pituitosus crudus & frigid9 existit, nõ tamẽ crassus. hęc Gale. in 1, alimẽtorũ.

Subspi

Subſpicea & ſpicea,

Bilem mediocrem in tertia coctione, aut ciborum bilioſorum inculcationem.

Bilea,

Bilem rubram.

Subrubra & rubra,

Cruditatem ob rubræ bilis exceſſum,
Sanguinis non exquiſitè confecti abundantiam.

Cruenta, id eſt veluti cruore ſuffuſa,
Sanguinem inelaboratum ob multitudinem vel virtutis debilitatem.

Omnia hæc ex prædictis ſatis conſtant.

Veneta liuida & nigra,

Vitalis virtutis remiſsionem & mortificationem,
Sanguinem mortificatum,
Influxum nigri humoris.

Rationes quoque horum iam in coloribus vrinarum ſunt explicatæ.

Orobea, id eſt orobo ſimilis,

Magnã in hepate ipſo factã inflãmatio-

nem

nem, vt in Nicoſtrati vxore in epidemiorum quarto.

Corporis totius liquefactionem,

Renum ſolorum.

Abſumpto adipe caro liqueſcit, atque hinc tales apparent ſubſidentiæ. At ſi in febribus appareāt, affectum denotāt vniuerſi corporis: Si non adſit febris, renum duntaxat. Præterea ſi vrina cruda fuerit, totius corporis eſt vicium: ſi cocta, renum eſt ægritudo.

Furfurea, id eſt furfuri tritici bene moliti ſimilis,

Febrem in profundis vaſis flammeam & colliquantem,

Veſicæ adfectum.

Abſumptis adipe & maiore carnis parte ita vt iam profunditatem carnis obſideat flammea caliditas, fiūt furfureæ ſubſidentię anguſtiores quidem lamineis ſed craſſiores. id quod & in veſicæ accidit morbis: ſed corporis vitium cum febre & vrinæ cruditate eſt: veſicæ vitium ſine febre & cū vrinarum concoctione. Aëtius in quinto.

Laminea ſeu foliata alijs, id eſt, laminis ſeu folijs ſimilis,

Febrem

Febrem in partibus solidioribus infixam,
Vesicæ adfectum,

Vbi solidæ partes adfectæ fuerint, & primùm quidem superficiariæ, fiunt in vrinis laminea. Id quod etiam vesica contingit adfecta. sed si febris fuerit, & vrinæ cruditas fuerit, & vrinarum cruditas, vitium est corporis totius: sunt enim laminæ huiusmodi, si Galeno credimus, superficiales partes vasorũ resolutorũ & quę cõtabuerũt. si verò febris non fuerit, & vrinæ coctio fuerit, & dolor, vitium est vesicæ.

Pultacea seu farinæ hordei crassiori similis, quæ Græcè crimnodes, id est, quæ crimna, hoc est, grãdiusculas effracti hordei in polentis rectas partes ob inexquisitam in mola domituram repræsentat.

Sanguinis crassi torrefactionem,
Vehemẽtẽ partiũ solidarũ colliquationẽ.

Si candida fuerit, solidæ partes colliquantur: si rubra, sanguis assatur autore Aëtio.

Conualituris febrientibus,
Longam ægritudinem.

Non

Non conualituris,

Citam mortem.

Primũ constat ex tertio tertii epidemiorum ægro. Secundum ex primo primi epidemiorum Sileno.

Pinguis & adiposa,

Pinguedinis & carnis liquefactionem.

Si multa & separata seu inæqualis, renum ipsorum vitium ostendit: si minor & minùs separata dispersaq;, locorum remotiorum. hæc Auicenna.

Saniosa,

Instrumentorum meiendi vlcus.

Muccosa,

Crassum humorem in corpore multũ, aut ex instrumentis vrinæ egredientem,

Crisin ischiadis, aut dolorum iuncturarũ,

Temperaturam frigidam.

Fermenti infusi frustulis similis,

Stomachi debilitatem & mesarei,

Lactis vsum & casei.

De saniosa satis ex antedictis constat. Muccosa notissima euadit ex his qui calculo vesicæ laborant,

borãt, aut obnoxii sunt. Quòd crisin ischiados indicet, id cõstat, si alleuetur postea ęger. De tẽperatura frigida iam dictum est. Stomachi postea dixit debilitatem & mesarei significari ab ea quæ est similis frustulis fermenti infusi: non enim notabile ventris vitium emendat hepar.

Arenosa,

Lapidem in renibus vel vesica.

Cineritia,

Phlegma adustum,

Pus propter longã moram mutatum.

Sanguinea,

Hepatis debilitatem,

Vulnus in vrinæ canalibus.

Primum ita distingue, si rubra in renibus est: si alba in vesica. Tertium item distingue, si vehemẽter mixta sit, vitium est hepatis: sin minùs, in vrinæ canalibus.

Quæ de hypostasi dicta sunt, eadem de enæoremate & nubibus sunt intelligẽda: nisi quòd in biliosis morbis nulla habeatur hypostasis vel prorsus minima, quibus satis est, si enæorema vel nebulam habuerint. In hoc etiam distant, quòd hy-

postasis

postasis si bona sit, primum obtineat bonitatis locum: enæorema secundum: & nebula tertium. Et si mala sit hypostasis, primum habet locum maliciæ: enæorema secundum: & nebula tertium. Prætereà enæoremata materiam tetigisse hypochondria, viscera & pectus arguunt: nubes verò adfectum in capite esse.

Iudicium ex vrinæ circulo vel corona quæ per vrinæ ambitũ circũcurrit.

Corona nulla fit,
Si humores pari virtute fuerint.
Alba corona in vrinis aureis & rubris, vineis & aliis,
Naturam cœpisse humoribus dominari.
In viridi & passea si deterior,
Humorum dominium.
Spumea,
Sensuum internorum perturbationem,
Viscosos humores,
Flatum in ventriculis cerebri,

Sæpiùs

Sæpiùs coronæ colores apparent ab vrinarum colore declinantes, aliquando cum illis conuenie̅tes. si declinent ad bonos, vrinæ coloribus malis existe̅tibus, bonum indicant: si verò deteriores sint quã vrinæ colores, mali sunt existimandi. Si ergo boni, natura cœpit humoribus dominari: Si mali, humores victores sunt. De spumea in significatione ex bullis videbimus.

Iudicia ex his quæ in superficie vrinæ innatant, & primùm de bullis his quæ post quietam & prorsus refrigeratã manent vrinam, quæ signa sunt spiritus adulterini.

Bullæ albæ vel albis similes coronæ ambitum occupantes,

Paruum aut nullum capitis dolorem,

Cum vrina tenui & contentis non prorsus concoctis,

Caloris naturalis imbecillitatem.

Cum crassa,

Spiritum vrinæ familiarem.

Cum vrina tenui & hypostasi priuata,

Renum oppilationem.

Bullæ solam coronam integra se-rie occupãtes, & vrinæ cõcolores,
Maiorem capitis affectionem, & dolorẽ non mediocrem.

Et quò intensius aureo colore, eò,
Maiores dolores.

Versus mediã superficiẽ cõcedẽtes,
Remissionem doloris,
Fluxum ad pulmones in sanis & ægris.

Maiores & absq; ordine per matulam diuisæ,
Dolores qui præcesserunt diminui.

In sanis,
Spiritus frigidos.

Bullæ in vrinæ superficie palantes,
Multam naturæ debilitatem.

Bullæ si cum febre apparuerint, & præcesserint,
Dolores capitis non modicos.

Cum vrina tenui,
Deteriores,

Cum crassa,

Modestiores.

Bullæ in febribus nō pridem visæ,

Naturam concoctioni indulgere.

Bullæ densiores in vrinis,

Seminis fluxum,

Renum & vesicæ angustiam,

Frigidam renum ægritudinem.

Bullæ cum corporibus capillorum modo crassis,

Renum colliquamenta.

Cùm in tribus concoctionibus spiritus flatuosos gigni contingat, eorumq; non semper eadem sit tum quantitas tum qualitas, (nanq; alii multi alii pauci, alii crassiores alii tenuiores, alii calidi alii frigidi) sanè vt de nebulis & enæoremate diximus, quòd scilicet partes corporis respondentes adfectas ostendant: ita & cùm bullæ adusque vrinæ superficiem concesserint, spiritus in corpore ascēdisse vsq; ad caput demonstrabunt: et quò maiores bullæ, eò spiritus materialis minùs, & cō sumptibilior: quò minores & dēsiores, eò spiritus materialior neq; facilè consumptibilis, quoniam à materia crassiore & glutinosiore fiat. Sunt itaq;

bullæ ſigna ſpiritus flatuoſi adulterini,quæ & co lore & locis quos occupant diſtinguũtur.De albis autẽ bullis quid ſignificent ſatis cõſtat ex dictis.Quæ integra ſerie occupant coronam,& vrinæ ſũt coloris, à forti ſunt cauſa,& eò deteriores quò color vrinæ deterior: nam ſi ſparſim in corona eſſent,debiliorem indicarent dolorem. Quæ verſus ſuperficiem mediam concedũt,remiſſionẽ doloris oſtendunt,materia iam euaporata quę dolorem faciebat,aut iam ad pulmones defluxa.talis defluxio poteſt fieri & in ſanis ipſis.Si maiores & abſq; ordine per matulam diuidantur,dolores qui præceſſerunt diſſolui arguunt , quòd maiores ſint,craſſiore ſcilicet & glutinoſiore materia iam in aliam quæ abſumptibilior ſit tranſmutata,nempe concocta & obedientiore reddita.Et (vt ſũmatim dicam)bullæ quò minores & dẽſiores atq; circa ſolam circũcurrerint coronã,eò plures, potẽtiores & craſſiores demõſtrant ſpiritus: quò verò contrariæ magis, eò ſpirituũ imbecillitas & diſperditio promptiùs indicatur. Quę prętereà ex bullis dolorem capitis oſtendunt,quędã totã coronam occupant,& totius capitis dolorẽ indicant:aliæ dimidiã coronã, & medietatis capitis dolorẽ arguũt:& reliquæ ex proportione.
Multam naturæ debilitatẽ à palantibus bullis ſignificari ait, & maximè quidẽ, quò plures fuerit oppilationes, & crudorũ copia humorũ.Si bullæ
cum

cũ febribus appareant, certissimę sũt ex prędictis notæ: Si nõ pridẽ visæ, ꝙ natura cõcoctioni indulgeat est manifestũ: hic sæpenumerò satis esse possunt vt appareant signũ bonũ cõcoctionis. Seminis fluxũ præterea à dẽsioribus bullis ĩdicari ait motione circa vasa seminaria facta, & flatu ad vrinas misso. id quod quotidie adnotamus in eo morbo quo magna hominum pars qui publicè indulgent veneri fatigatur. morbum hunc vocãt vrinæ ardorem, qui verè est profluuiũ seminis. Renum item & vesicæ angustiam, motione scilicet ob locorum angustiam facta, & hinc generato flatu. Quòd & frigida renũ ægritudo indicetur docuit nos Hipp. 7. partic. aphor. 34. aphor. Renũ colliquamenta, vel (vt alii dicũt) seminis segmẽta.

Iudicium super externis quibusdam quæ innatant in humore vrinæ.

Pĩguitudo veluti Aranea supra hærẽs, Corporis totius vel solorum renum colliquationem,

Puncta velut olei iniecta,

Idem.

Si parũper appareãt & se resoluerĩt, Nihil difficilis indicãt.

Si perseuerauerint,

Col-

Colliquationis principium.

Hæc notiora sunt quàm vt explicari debeant.

Veluti capilli,

Ciborum crassorum vsum,

Renum vehementem caliditatem.

Ciborum crassorũ vsum vt orobi & casei, id habetur 4. particula, Apho. 76.

Veluti carunculæ,

Renum vlcerationem.

Id eodem in loco habetur.

Frustulũ albũ punici grano simile,

Renum liquefactionem.

Hoc Auicenna.

Arenæ nõ residẽtes et ad ruborẽ decliues,

Hepatis adustionem.

Non solùm id accidit vt non resideant, imò & matularũ parietibus tenaciter hęreãt: quasi diceres vrinas ipsas manifestò ĩ lapides cõcrescere.

Squamulæ,

Vesicæ exulcerationem & erosionem.

Hippocrates quarta particula Aphorismorum aphorismo octogesimo primo.

Furfurea,

Vesicæ scabiem, Vel venarum, vel

Vri-

Vrinalium meatuum.

Hæc ita distingue, si tenuis fuerit vrina, venarũ scabies indicatur, quarum tunica patitur ob febrẽ ardentem: si non tenuis, prima tunica vesicæ patitur. Id etiam accidit cũ sanguis ob ardores cõburitur. Gal. 4. particula Apho. Aphorismo 77.

Pus,

Renum vel vesicæ vlcerationem,

Thrõbi sanguinis vel grumi cum vrinæ stillicidio,

Laborem circa vesicam.

Hæc quoq; ex prædictis nota.

Substantiæ inæquales,

Fortem corporis perturbationem.

Superante enim natura omnia æqualiter vnita sunt: pugnãte verò cũ noxiis causis, quæ obediũt & cõcoquũtur aliã habent formã: quę verò renitũtur aliam. Galen. 7. particula Apho. Apho. 33.

Vrina fermentata,

Crudorũ humorum perturbationem & agitationẽ.

Cùm in terrã acetũ acre effusum fuerit, ptinus intumescẽs sursũ, quasdã terræ partes sursũ tollit, fitq; cõpositũ quoddã ex terrestri substãtia & aceti humiditate, & ex facto vaporoso spiritu. Simile

cõtingit cũ atra bilis in terram effusa fuerit: nẽpe & in vtroq; spirituosa quædã motio euidẽter fieri videtur ei similis quę in feruẽte musto apparet. simile quoq; & in panib⁹ quotidie fieri videtur, cũ remixta aquę tritici farina mixto illo & fermẽto, mediocriter macerari permiserint, fermẽtatio fieri videtur fusa simul & intumescẽte quę fermẽtatur substãtia. Vrinæ similiter quę fermẽtãtur: vt prorsus notabilẽ crassitiẽ habeant opus: deĩde & in ea leuẽ quandã efferuescẽtiã: ꝙq; pars spirituosa motionẽ nacta, tumorẽ habeat maiorem quàm cùm excerneretur. Hæc Gale. in 2. prorrhetici.

Vrinæ suppreßio,

Vesicæ imbecillitatẽ,	
Inflãmationẽ,	*Tumorem,*
Obstructionem,	*Aegrũ vesicæ sensũ.*

Vesicæ imbecillitatẽ, vesica ea quę cõtinẽtur exprimere nõ potẽte. Inflãmationẽ & tumorẽ, meatu angustiore reddito. Obstructionẽ, ob sãguinis thrõbũ vel crassũ humorẽ, vel lapidẽ vel pus ꝙ ab hepate vel renibus aut aliquo alio inferiore mẽbro excernitur. Vrinæ suppressio ĩ sanis accidit, aut ob negociorũ importunitatẽ, aut in cõcionibus, aut foro iudiciario, aut in sõnis si diutiùs cõtinuerint mictionẽ: nẽpe vesicę vis obuoluens ex immodica repletione vel tensione afficitur.

FINIS.